

constat; Coniugatorum uidelicet continentium et  
 doctorum primus ordo discumbentium adnuptias  
 sponsi caelestis idē in ecclesia fide et operatione gau  
 dentium gradus est coniugatorum fidelium; Secun  
 dus continentium; Supp̄ in predicatorum unde con  
 uenienter perhibetur quod architrachus uocato spon  
 sodixerit. Omnis homo primum bonū uinum bibit  
 et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est:  
 Tunc uas tibi bonum uinum usque adhuc. Quia docto  
 rum est cognoscere distantiam legis et euangeli  
 ueritatis et umbræ; Cunctisque ueteribus insti  
 tutis cunctis regniter tibi promissis nouā euange  
 lice fidei gratiā et perpetuæ caelestis patriæ do  
 na proferret. Hoc fecit initium signorum ih̄s in cha  
 na galileæ et manifestauit gloriā suam; Manifes  
 tauit hoc signo quia ipse esset rex gloriæ et ideo  
 sponsus ecclesiæ qui ut homo communis ueniret ad  
 nuptias. Sed quasi dñs caeli et terræ elementa pro  
 ut uoluisset conuerteret; Pulchra autem res um con  
 uenientia quinitio signorum quæ mor talis adhuc  
 mortalibus erat ostensurus aquā conuertit in ui  
 num ipse initio signorum quæ immor talis iam per  
 resurrectionis effectus in mortalis uitæ studia so  
 la sectantibus ostenderet. Carnalem prius et quasi  
 insipidam mentem eorum sapō scientiæ caelestis im  
 buit. post uero resurrectionis gloriā maiore eos  
 spiritalis gratiæ munere cōpleturus;

**EXPL. LIB. I. INERT. LIBER. SEVND.**

**V** Sequitur namque huius praefati signi mirabile  
sacramentum. quomodo ipse ih̄s cū matre et fra-  
tribus ascendisset hierosolimam, et ibi inuenis-  
set uidentes et ementes in templo eosque qua-  
liter inde eiecerit dicente euangelista;  
**D**escendit ih̄s in capharnaum. Ipse et mater  
eius et fratres eius et discipuli eius. ibique manserunt  
non multis diebus, et prope erat pascha iudaeorū;  
Ascendit ih̄s hierosolimā; Bene enim euangelista  
ait descendisse ih̄m in capharnaum; Caphar-  
naum uero uillae pulcherrima interpretatur;  
Significans hunc mundum quod dñs n̄r ih̄s xp̄s  
pro salute humani generis a paterna sede numquā  
recedens descendisse dicitur; Sed solet mouere quos-  
dā quod in exordio lectionis huius euangeli cae-  
dictum est quia descendente capharnaum dño  
non solum mater et discipuli sed et fratres eius secuti s̄  
eū; Nec defuero heretici qui ioseph uirum beatae se-  
per uirginis mariae putarent. ex alia uxore genu-  
isse eos quos fratres dñi scriptura appellat; Alii  
maiore perfidia hōsem ex ipsa maria post natū  
dñm generasse putarunt; Sed nos fr̄s h̄m abs-  
que ullius scrupulo questionis scire et confiteri  
oportet. non tantum beatam diuinitatem sed  
et beatissimum castitatis eius testem adque eius-  
dem ioseph ab omni proter sus actione conuga-  
li mansisse semper inuicem; nec natos sed cog-  
natos eorūm ore scripturae usitato fratres sorores  
que saluato r̄i uocari; Denique Abraham hoc

modo loquitur ad loth, Ne queso siturgium inter  
 me et te et pastores meos et pastores tuos. fratres enim  
 sumus, & Laban ad iacob, numquid frater meus es  
 gratis serues mihi. Et quidem constat quia loth filius  
 aran fratris abraham et iacob filius rebecca soror  
 ris laban, sed propter cognationem sunt fratres  
 nuncupati, Haec ergo regulae inscripturis scis ut dixi  
 frequentissima etiam cognatos mariae uel ioseph  
 fratres domini appellatos oportet intellegi. Quod autem  
 propinquante pascha ihesus ascendit hierosolimam  
 nobis profecto dat exemplum quanta animi uigilan  
 ti ad dominicis subici debeamus imperis, Cum ipse  
 in hominis infirmitate apparens eadem quae ex diuini  
 tatis auctoritate statuit decreta custodiat, Ne enim  
 putarent serui absque crebris orationum bonorum  
 que actu uincumis, uel flagella euadere uel premia  
 se posse percipere, et ipse inter seruos adorandum im  
 molandum quod filius ascendit, Qui ueniens hiero  
 solimam quid ibi gerentes inuenit, quid ibidem ip  
 se gesserit uideamus, Et inuenit inquit in tem  
 plo uendentes boues et oues et columbas et numula  
 rios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de sum  
 culis, omnes eiecit de templo, Oues quoque et boues  
 et numulariorum effudit a se, & mensas subuertit,  
 boues oues et columbae ad hoc emebantur, ut offerren  
 tur in templo, Numularii ad hoc sedebant ad men  
 sas ut inter emptores uenditores quae hostiarum  
 praemia esset pecuniae <sup>ordinatio</sup> taxatio, Videbantur ergo oli  
 cite uendi in templo quae ad hoc emebantur, ut in eode

templo offerentur dño; Sed nolens ipse dñs aliquid  
in domo sua terrena negotiationis. necius quidem  
quae honesta putaretur exhiberi. dispulit negotia  
tores iniustos. et foras omnes simul cum his <sup>que</sup> negotia  
bantur eiecit; Quid ergo fratres mei. quid putamus  
faceret dñs. si tuis dissidentes. si fabulis uacantes. si  
risu dissolutos. uel alio quolibet scelere repperisset in  
reptos. qui hostias que sibi immolarentur ementes  
in templo uidit. et eliminare festinauit. haec prop  
ter illos diximus. qui ecclesiam ingressi. non solum  
intentionem orandi ne glegunt. Uerum etiā ea  
pro quibus orare debuerant augent; Insuper et ar  
guentesse probuius modi stultitia conuittis odusq;  
uel etiam detractionibus insecuntur; Addentes ui  
delicet peccata peccatis. et quas funem sibi longis si  
mum incauta eorum augmentatione texentes. nec  
timentes ex eo districti iudicis exami natione da  
nari; Nam bis quidem in scō euangelio legimus. quod  
ueniens in templo dñs. huiusmodi negotiatores eie  
cerit; Nunc uidelicet idest tertio antepassionem  
suā anno. sicut et huius euangelistae sequentibus  
scriptis agnoscimus. Et ipso quo passus anno. cum  
ante quinque dies paschae sedens a sino hiero soli  
mam uenisset; Sed hoc idem eum in templo scā ec  
clesiae examine cotidiane uisitationis agere. omnis  
qui recte sapit intellegit; Unde multum tremenda  
sunt haec dilectis sumis frs et digno expauescenda ti  
more. sedulaeque praecauendum industria. neueni  
ens improuisus. peruersum quid in nobis unde merito

51.  
flagellari. ac de ecclesia eici. et debemus inueniat;  
Et maxime in illa quae specialiter domus orationis uo-  
catur. obseruandum ne quid ineptum geramus.  
nec cum corinthis audiamus ab apostolo; Nūquid domum  
non habetis ad agenda uel loquenda temporalia. aut  
ecclesiam dei contemnitis. et propheta cum  
iudaeis; Dilectus meus in domo mea fecit sceleramul-  
ta; Et qui deum gaudendum est quia ipsi sumus. in bap-  
tismo templum dei facti. Teste apostolo qui ait; tem-  
plum enim dei scilicet est quod estis uos; Ipsa ciuitas re-  
gis magni de qua canit; Fundamenta eius in montibus  
sanctis; Id est fundamenta ecclesiae in soliditate fidei  
apostolorum et prophetarum; Sed nimis tremendum  
quia premisit apostolus dicens; Siquis autem templum  
dei uiolauerit disperdet illum deus; Et ipse iudex iustus.  
Disperdat inquit de ciuitate domini omnes qui operantur ini-  
quitatem; Gaudendum quia in nobis pasche solemni-  
tas agitur; Cum de uitis ad uirtutes transire satagimus;  
Pascha quippe transitus dicitur; Gaudendum quia  
dominus nostra peccata ciuitatem uidelicet suam uisitare.  
Quia idem pascha nostra bonae actionis presentia suae  
pietatis illustrare dignatur; sectumendum scilicet  
nos in ciuitate sua aliud quam ipse diligit agentes in-  
ueniat. et ipse senobis qualem non diligimus. distric-  
tus redditor ostendat; Nos in templo numularios.  
ne uenditores bouum ouium columbarum ue. repe-  
riens damnet; boues quippe doctrinae uite caelestis.  
Quae opera munditiae et pietatis. Columbae sancti spiritus  
dona designant; quia nimirum bouum uamini & solet

ager ex arboribus. Ager autem est dñi. cor caelesti excultū  
doctrina. et suscipiendis uerbis preparatum. et in semini-  
bus. Oues innocenter sua uellera uestiendis hominibus  
prestant. Sp̄s super dñm. incolumbae specie descendit.  
Uendunt autem boues qui uerbum euangelii nondum  
no amore sed terrena quaerunt in uultu ad diuitibus  
inpendunt. Quales reprehendit apostolus quia xpm ad  
nuntiarent non sincere. Uendunt oues quibus manus  
gratia laudis operae pietatis exercent. De quibus dñs  
ait. Quia receperunt mercedem suam. Uendunt co-  
lumbas quia cepta sp̄s gratia non gratis ut precep-  
tum est. sed ad premium dant. Quia in positionem ma-  
nus quae sp̄s accipitur et si non ad questum pecuniae  
ad uulgi tamen fauorem tribuunt. qui sacros ordi-  
nes non ad uitae meritum. sed ad gratiam largiunt.  
Nūmos mutuos dant in templo. qui non simulata cae-  
lestibus sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt.  
sua querentes. non quae ihu xpi. Uerum huius modo  
perarios fraudulentos. quae merces maneat ostendit  
nobis. Cum factis de funiculis flagello omnes  
eiecit de templo. Eiciuntur enim de parte scōrum  
qui inter scōs positi. uel sic te bona. uel aperte faciunt  
opera mala. Oues quoque et boues eiecit. quia tali  
uirtute pariter et doctrina ostendit esse reprobam.  
funiculi quibus flagellando impios de templo expulit.  
Cremetas sunt actionum malorum. De quibus ma-  
teria damnandi reprobis. districto iudicio datur. Hinc  
etenim dicit isaias. Neque trahitis iniquitate. in funi-  
culis uanitatis. Et in prouerbiis salomon. iniquitates

inquit suae capiunt impiunt et funibus peccatoru suoz  
 constringitur; Qui enim peccata peccatis pro quibus  
 acrius damnatur accumulati quas funiculos quibus ligitur  
 et ac flagellatur paulatim augendo prolongat; Nū  
 molariorum quoque quos expulerat effudit aēs et mās  
 subvertit quia dñi natis in fine reprobis aetia ipsarū  
 quas dilexere rerū tollit figurā; Juxta hoc quod scrip  
 tum est; & mundus transibit et concupiscentia eius  
 & is qui colūbas uendebant dixit; aufer te hinc  
 Nolite facere domum patris mei domū negotiationis;  
 Uenditionē columbarum de templo auferri precepit  
 quia gratia sps<sup>qui</sup> gratis accipi gratis debet dare; Unde  
 simon ille magus qui tunc emere pecunia uoluit ut ma  
 iore p̄tio uenderet audiuit; Pecunia tua tecum sit in  
 p̄ditione; Non ē tibi pars neque sortis in sermone hoc;  
 Notandū autem quia n̄ soli uenditores sunt colūbarū  
 et domū dī faciunt domū negotiationis qui sacros or  
 dines largiendo pretium pecuniae uel laudis uel etia  
 honoris inquirunt; Uerū ubi quoque qui gradū uel gra  
 tiā in ecclesia spiritalē quā dño largiente perceperunt  
 Non simplici intentione sed cuiuslibet humani causa re  
 tributionis exercent; Contra illud apostoli petri; Qui  
 loquitur quasi sermo dī; Qui ministrat tamquam  
 ex uirtute quā administrat d̄s ut in omnibus hono  
 rificetur d̄s p̄ ih̄m xp̄m; Quicumque ergo tales sunt  
 si nolunt uenire dño de ecclesia auferri. Aufer  
 ramus ta desus actibus ne faciant domū dī domū nego  
 tiationis; Nec pretereundum quia sollicitē nobis scrip  
 tura utraq; saluatoris nr̄i naturā et humana nā uidelicet

cōmendat et diuinā; Ut enim uerus dei filius intellegatur  
audiamus quod ipse dicit; Nolite facere domū patris  
mei domū negotiationis; Apertenamque se filium  
dei patris ostendit quia templū dei domū sui patris cogno  
minat; Ut uersum uerus hominis filius sentiatur  
recolamus quod in huius capitelectionis descendens  
in caphar-naūm matrem comitem habuisse perhibetur; se  
quitur; Recordati uero sunt discipuli eius quia scrip  
tum ē; Zelus domus tue comedit me; Zelus domus patri  
saluator eiecit impios de templo; Zelus enim fratris  
domū dñi et quantum possumus nequid in ea prauum  
geratur insistamus; si uiderimus fratrem qui ad  
domū dei pertinet superbia tumidum si de tra  
ctionibus assuetū si ebrietati seruientem si luxuria  
enat uatū si iracundia turbidū si alio cuiquā uitio  
substratū studeamus in quantum facultas sup  
petit castigare polluta ac peruersa corrigere;  
Et si quid de talibus emendare nequimus non sine acer  
rimo mētis sustinere dolore; Maxime in ipsa domo  
orationis ubi corpus dñi consecratur ubi angelorū  
praesentia semper adesse non dubitatur nequid in  
eptū fiat nequid quod nostra fraternā ueneratione  
impediat totis uiribus agamus; Sequitur; Res  
ponderunt ergo iudaei et dixerunt ei; Quod signū  
ostendis nobis quia haec facis? respondit ih̄s et dixit;  
Soluit templum hoc et in tribus diebus excitabo illud;  
De quo templo diceret euangelista post aperuit;  
uidelicet de templo corporis sui quod ab illis passione  
solutum ipse post triduum excitauit de morte;



33  
Quia ego signum querebant a dño quare soluta cōmer-  
cia pro icere debuerit ex templo; Respondit ideo seruetis  
sine impios exterminare de templo; Quia ipsum te-  
plum significauerit templum corporis in quo  
nulla pro se suscepit alicuius macula peccati; Neq;  
inmerito triplicem purgauerit a sceleribus tem-  
plum Qui uerū de templum ab hominibus morte so-  
lutū diuine potentiae maiestatis excitare posset  
a mortuis; Dixerunt ergo iudaei, Quadraginta  
& sex annis aedificatum est templū hoc et tū tribus  
diebus excitabis illud quomodo intellexerunt  
ita responderunt; Sed nos quoque spiritale  
dñi sermonem carnaliter sentiremus Euange-  
lista subsequenter de quo templo loqueretur subse-  
quenter exposuit; Quod autem auit de templo  
quadraginta et sex annis aedificatum; Non primā  
set secundā illius aedificationem significant; Pri-  
mus enī salomon templū in maxima regni sui pace  
decentissimo septem annorum opere perfecit; Quod  
destructum a chaldeis post septuaginta annos  
ad iussione cōtra persae laxata captiuitate reedifi-  
ca- ricceptum est; Sed filii trans migrationis sopus  
quod principibus iorobabel et ihibū faciebant propter  
impugnationem gentium uicinarum; Ante quadra-  
ginta & sex annos implere nequuerunt; Qui etiam  
numerus annorum perfectioni domus corporis  
aptissime congruit; Tradunt etenim naturalium  
scriptores rerum formā corporis humani tōt die-  
rum spatio perfici; Quia uidelicet primis sex a con-

ceptione diebus lactis habeat similitudinem. Sequen-  
tibus nouem conuertatur in sanguinem. Deinde duo  
decim solidetur. Reliquis decem et octo firmetur us-  
que ad perfectalima menta omnium membrorum. Et  
hinc in reliquo tempore usque ad tempus partus mag-  
nitudine augeatur. Sex autem et nouem et duo  
decim et decem et octo quadraginta quinque faci-  
unt. Quibus si unum adiecerimus. Id est ipsum diem  
quod discretum per membra corpus clementium sume-  
re incipit. Totum nimirum dies in aedificatione corpo-  
ris domini. quot in fabrica templi annos inuenimus.  
Quia templum illud manufactum sacrosanctam domini  
carnem quam ex uirgine sumpsit. ut ex hoc loco dis-  
cimus figurabat. Quia aequae corpus eius quod est  
ecclesia quia unius cuiusque fidelium corpus anima  
quae designabat. ut in plerisque scripturarum locis  
inuenimus. Ad autem uero primus post peccatum audi-  
uit terra es. et in terra ibis. Secundus uero ad autem de se  
ipso ait. Sol uter templum hoc et in tribus diebus exci-  
tabo illud. Spar sus uero fuit primus ad autem per uniuersum  
mundum quum secundo collectus est. quod signi-  
ficat nomen ad autem qui quattuor literis scribitur.  
Id est alfa delta. Iterum alfa et mihi. Quae quattuor  
litterae quattuor partes orbis designant. in quas  
sparsus est ad autem in filiis suis. Ideo in principio nomina  
partium mundi. haec quattuor litterae leguntur.  
Nam arcton quod est septemtrion ab alfa incipit. Et  
sis quod est occidens a delta incipit. et anaxole quod est  
oriens ab alfa incipit. Mosimbrus quod est meridies

Amr incipit. que sunt quattuor partes orbis. Ab his  
 quattuor litteris incipientes; Quae litterae si inco  
 puto greco conseruentur. quadraginta sex faciunt;  
 Na alfa unum; delta quattuor; X iterum alfa  
 nu mr quadraginta. quod sunt simul ducti quadra  
 ginta sex; Mr stice designans quadraginta sex annos.  
 quibus templum corporis xpi in utero uirginali aedi  
 ficatum est. sicut superius diximus; Caro autem xpi que  
 de adā sumpta est destructa est a iudaeis. et a se ipso  
 iterum aedificata. secundum scripturas profetarū,  
 et ideo dicit euangelista. Hoc enī dicebat de templo  
 corporis sui; Cum ergo resurrexisset a mortuis re  
 cordati sunt discipuli eius qui a hoc dicebat. et credi  
 derunt scripturae id est profetarum. qui praedixe  
 r xpm tertie die resurgere. et sermone quem dixit ihs.  
 idē quod ait. Solutum templum hoc. et in tribus diebus  
 excitabo illud; Hoc est tertie die resuscitabo. quod uos  
 solutis in cruce; Sequitur. Cum autem esset ihs hiero  
 solimis in pascha die festo. multi crediderunt in eum;  
 Ipse autem ihs non credebat semetipsum eis. quia ipse  
 sciebat quid esset in homine; Non enī sic debeant in  
 eū ut digni essent xpm habitare in eis; Quorum fides  
 caticumini comparari potest. qui credunt in xpm.  
 sed xps non credit se ipsum eis. Quia nisi quis renatus  
 fuerit ex aqua et spū. non potest introire in regnū di;  
 Nemini uero secēdit xps nisi quid dignus est introire  
 in regnū di; nullus uero dignus est introire in reg  
 nū di nisi qui renatus est ex aqua et spū; Inde et  
 ecclesiastica consuetudo. caticumini corporis et san

guinis xpi communionem non trahit. quia non sum re  
nati ex aqua et spu. quibus tantum creditur participa  
tio corporis et sanguinis xpi; Ex his autem multis qui  
credebant in ihm unus erat nichodimus iste et deo  
nocte uenit non die quia nondum inluminatus uenit

**Ivi** s caelestis gratiae luce **E**rat homo ex phariseis nicho  
s dimus nomine princeps iudeorum; hic uenit ad ihm  
s nocte; Princeps scilicet iudeorum. uenit ad ihm  
nocte. cupiens secreta eius ad locutione plenius dis  
cere misteria fidei. cuius aperta ostensione signorū  
Aliquatenus iam rudi menta perceperat; Qui quā  
prudenter ea quae ab illo fieri uidebat intellegere  
curauit. subtiliter ea quae ab illo quaerebat inues  
sigare promeruit; Rābi inquit scimus quia ad o  
s uenisti magister; nemo enim potest haec signa face  
s re quae tu facis. nisi fuerit dñs cum eo; Ado igitur  
ihm ad magisterium caeleste mundo adhibendum  
uenisse confessus est. dñm cum illo fuisse miraculis  
prudentibus intellexit. nec dum tamen ipsum dñm  
esse cognouit; Sed quia quem magistrum nouerat  
ueritatis. studiosè docendus adit. merito ad agni  
tionem diuinitatis eius perfecte doctus subit. ue  
rito utriusque natiuitatis eius diuinae scilicet et  
humane. sed et passionis atque ascensionis ipsius ar  
canapercepit; Nec etiā modū secunde generatio  
nis ingressum regni caelestis. alia quae per plura  
doctrinae euangelicae sacramenta. dñoreuelante  
s didicit. Respondit em̄ ih̄s et dixit ei; Amen amen  
s dico uobis. nisi quis natus fuerit de nouo non potest uide

re regnum di; Quae sententia tanto apertius cunctis  
 fidelibus lucet quanto constat quia sine huius luce si  
 deles esse nequeunt. Quis etenim sine lauacro regene  
 rationis remissionem peccatorum consequi, et regnū  
 ualet intrare caelorum. Sed nichodimus quinocte  
 uenit ad dñm. necdū lucis mīsteria capere nouerat;  
 Nā et nox in qua uenit. ipsa eius quae premebatur ig  
 norantiam designat; Necdum enim eorū numero soci  
 atuserat quibus ait apt s. Fuisit aliquando tenebre  
 nunc autem lux in dño; sed inter eos potius remanebat  
 quibus loquitur isaias; Surge in lumine hierusa  
 lem quia uenit lumentuum, et gloria dñi super te or  
 ta est; Respondit ergo dño et ait; Quomodo potest  
 homo nasci cum senex sit. numquid potest in uentre  
 matris suae iterato introire et nasci. Quia enim secun  
 de natiuitatis adhuc nescius perseuerabat. de salute  
 autem sua iam sollicitus exiterat. necessario de una  
 quā nouerat natiuitate. An posset iterari uel quo or  
 dine regeneratio possit impleri quaerebat; Ne hu  
 ius ex parte remanendo. uite caelestis particeps esse  
 nequiret; Notandum autem quia quod de carnali hoc  
 etiam de spiritali est regeneratione sentiendum.  
 Nequaquā uidelicet eā postquam semel expleta fuerit.  
 posse repeti; Siue enim hereticus siue schismaticus si  
 ue facinorosus. Quisquē confessione scāe trinitatis  
 baptizet. non ualet ille qui abaptizatus est ab omni  
 catholicis rebaptizari. Ne confessio uel inuocatio  
 tantum in omni, uideatur annullari; Et quia nicho  
 dimus ad primā dñi responsionē sollicitus quomodo

fit intellegenda diligenter inquirat / meretur iam  
placemus instrui. & quia secunda natiuitas non car  
nalis est. sed spiritalis audire; Respondit nā que  
illi ihs. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fu  
erit ex aqua et spū. non potest introire in regnum  
di. Cuius natiuitatis modum subsequenter ex  
ponēs prorsusque a carnali disinguens ait. **Q**uod na  
tū est ex carne / caro est; Et quod natū ē ex spū spū ē  
Natura spū inuisibilis / caro est uisibilis; Ad que  
ideo carnalis generatio inuisibiliter administratur.  
Inuisibilibus incrementis; qui in carne nascitur. p  
etatem momenta proficit. Spiritalis autem gene  
ratio. tota inuisibiliter agitur; Nā uidetur quidē  
qui baptizatur in fontem descendere / uidetur a  
quis intingui. uidetur de aquis ascendere; Quid  
autem in illo lauacrū regenerationis egerit mi  
nime potest uideri; Sola autem fidelium pie  
tas nouit quia peccator in fontem descendit / sed  
purificatus ascendit; filius mortis descendit /  
sed filius resurrectionis ascendit; filius preua  
riationis descendit / sed filius reconciliationis  
ascendit; filius ire descendit / sed filius miseri  
cordie ascendit; filius diaboli descendit / sed fi  
lius di ascendit; Sola hec ecclesia mater quae ge  
nerat nouit; Ceterum oculis insipientium uide  
tur talis exire de fonte qualis intrauit / tatumq;  
ludus esse quod agitur; Unde in fine uidentes glo  
riā scōrum dicent gementes in tormentis; his  
quos aliquando habuimus in derisū et in similitu

dinem improperu; Quomodo ergo cōputatisum int̄  
 filios dī. anapls iohannis; Km̄ inquit nunc filiu  
 dī sumus et non dum apparuit quiderimus. Qd̄  
 ergo natum est ex spū sp̄s est. Quia quæ aqua et  
 spū regeneratus inuisibiliter in nouum mutatur  
 hominem et de carnali efficitur spiritalis. quideo  
 recte non solum spiritalis sed etiam sp̄s uocatur;  
 quia sicut substantia sp̄s inuisibilis est nostris as  
 pec tibus ita is qui per gratiā dī renouatus. inuisibi  
 liter fit spiritalis et dī filius. cum inuisibiliter om  
 nibus caro et filius hominis appareat; Sequitur  
 Non mi re ris quia dixit tibi oportet uos nasci de uo  
 sp̄s ubi uult spirat et uocem eius audis sed non scis  
 unde ueniat et quo uadat. Sicut est omnis qui natus  
 ē ex spū sp̄s ubi uult spirat quia ipse habet in poter  
 tate cuius cor gratia suae uisitacionis inlustret.  
 Et uocem eius audis cum te presente loquitur. is  
 qui spū sc̄o repletus est; Sed non scis unde ueniat  
 et quo uadat. Quia etiā si te praesente quem piā sp̄s  
 ad horā impleuerit n̄ potest uidere quomodo eum  
 intrauerit uel quomodo redierit quia natura est  
 inuisibilis. Sicut est omnis qui natus est ex spū; &  
 ipse enim inuisibiliter agens spū incipit esse qd̄  
 non erat ita ut infideles nesciant unde ueniat et  
 quo uadat. Id est quia a gratia regenerationis  
 uenit in adoptionem filiorum dī et uadit in per  
 ceptionem regni caelestis. Quærentem autem ad  
 huc nichodimo quomodo pos sunt haec fieri sub  
 iunxit dñs dicens; Tu es magister in isrl̄ et hæc ignoras

Non quasi insultare uolens ei qui magister uocetur cum signatus sacramentorum caelestium sed ad humilitatis illuminationem prouocans. sine qua uana a caelestis non potest inueniri; Si terrena dixi uobis et non creditis quomodo si dixeru uobis caelestia credentis. Terrena illis dixit ut in superiore lectione inuenimus cum de passione accideretur ree ratione sui corporis. quod de terra adsumpserat loqueretur dicens;  
**S**oluite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Non tamen credebant uerbo quod dixit sed in hoc quidam intellegere ualebant quia non de alio quam de templo corporis sui diceret; Qui ergo terrena audientes non capiebant quanto minus ad caelestia idē diuine generationis capienda mysteria sufficiunt. Addit autem ad huc dñs et de caelestibus sacramentis et de terrenis instruere eum quem uidit sapienter et diligenter hisque audit intendere; Caelestis nāque est ascensio eius ad uitā sempiternā. terrena uero exaltatio eius ad mortē temporale. dicit ergo de caelestibus; **E**t nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo; Subiungit uero de terrenis. **E**t sicut moyses exaltauit serpentē in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. **M**erito autem queritur quomodo dicatur filius hominis. uel descendisse de caelo uel eo tempore quo ihac in terra loquebatur iā fuisse in caelo; Notae nāque confessio fidei catholice. quia descendens de caelo filius dei. filium hominis



S

in utero uirginis susceptum quem completa dis-  
 pensatione passionis suae resuscita uit. a mortuis.  
 et ad sup̄ sit in caelum; Non ergo caro xpi descendit  
 de caelo. Neq; ante tempus ascensionis erat in cae-  
 lo; Et qua ratione dicitur. nisi quid es cendit de cae-  
 lo filius hominis. qui est in caelo. Nisi quia una  
 xpi personae induabus existens naturis. atq;  
 ideo filius hominis recte dicitur. et descendisse  
 de caelo. et ante passionem fuisse in caelo. quia qd  
 in sua natura habere non potuit. hoc in filio di. a quo  
 ad sup̄ tus est habuit; Sicut propter eandem unius  
 xpi personam. que ex duabus ex stat naturis. Ap̄t̄sant;  
 uos sp̄s sc̄s posuit episcopos regere ecclesia di. quam  
 adquisiuit sanguine suo; Neque enim ds̄ in sua subs-  
 tantia. sed in homine adsumpto sanguinem quem pro  
 ecclesia fundere tur habuit. hinc etiam psalmist adicit;  
 Ascendit ds̄ in iubilatione; Quomodo enim ds̄ nisi  
 homine ascenderet. qui in sua natura maiestatis sep̄  
 ubique praesens adē; Sed et hoc querendum quomodo  
 dictum sit; Et nemo ascendit in caelum nisi quid descendit  
 de caelo; cum omnes electi. se uera ceter confidunt ascen-  
 suros in caelum. promittente sibi dño; qui a ubi ego su.  
 illie et inuis ter meus erit; Cuius tamen nodum ques-  
 tionis aper tissima ratio soluit. quia uidelicet medi-  
 ator di et hominum homo xps ihs. electorum omnium  
 capud est. Itemque omnes. electi eius de capitis me-  
 brasunt. dicens apostolo; Capsum de dit. capud su  
 per omnem ecclesia. Et rursum. uos em̄ estis corpus  
 xpi. et membra de membro; Nemo ergo ascendit

S

incaelum nisi quidescendit de caelo filius hominis qui  
in caelo. Nemo ascendit incaelum nisi xps in corpore suo  
quod est ecclesia. Quia in seipso quidem primum cernen-  
tibus apostolis eminentioribus nimirum membris su-  
is ascendit. et exinde membris suis cotidie ascendans se  
colligit incaelum; hinc est enim quod ipsum corpus eius in  
ter adversa presentis seculi deprehensum gloriatur  
et dicit. Nunc autem exaltauit caput meum super im-  
micos meos; Ac si patenter dicat quod occisum a iudeis  
xpm caput uidelicet meum suscitauit a mortuis. ac  
frustratis omnibus inimicorum insidiis subleuauit incae-  
lum sperome & a de presentibus periculis et uens meo ca-  
piti iungat in regno. Quia nemo ascendit incaelum  
nisi quidescendit de caelo; Quisquis incaelum ascendere de-  
siderat. ei quid de caelo descendit et est in caelo. se uera fidei  
et dilectionis unitate coniungat; aper te intellegens  
quia nullo alio ordine nisi per eum quidescendit de cae-  
lo potest ascendere incaelum; Unde alias ipse dicit;  
Nemo uenit ad patrem nisi per me. haec uero in chodimo  
cunctis dicuntur cathecuminis ut discant eius membris  
renascendo incorporari per quem possint ascendere  
in regnum dei; Quia ascensio uel ingressus regni fieri  
non potest absque fide et sacramentis dominice passio-  
nis recte subinfertur; Et sicut moyses exaltauit  
serpentem in deserto ita exaltari oportet filium homi-  
nis ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat  
uitam aeternam. Mirum magisteru caelestis arte dñs  
magistrum legis moysi & cae. ad spiritalem legis eide  
sensum inducit. Recordans hystoriae ueteris et

hanc in figurā suae passionis atque humane saluatio-  
 nis factam edissernis; Narrat quippe liber numeri  
 tum. quia per <sup>ca</sup>ssus inheremo populus isrl itineris lon-  
 gi a laboris murmurauit contra dñm et moisen. Ideo  
 que dñs inmi serit in illum ignitos serpentes. Ad quorū  
 plagas et mortes plurimorum. cum clamarent ad  
 moisen. et ille oraret. iussit eum dñs facere serpente  
 aeneum. et ponere pro signo; qui per cus sus inquit as-  
 pexerit eum uiuet; et ita factum est. Plaque igitur ser-  
 pentium ignitorum. uenena sunt et in centiua uitiorū.  
 quae animam quam tangunt spiritali morte perimunt;  
 et benemur murans contra dñm populus. serpentium mor-  
 sibus sternebatur. ut ex ordine flagelli exterioris. ag-  
 nosceret quantum intus perniciem murmurando pate-  
 retur. Exaltatio autem serpentis aenei. quem dum per-  
 cussi aspicerent sanabantur. passio est nri redemptoris  
 in cruce in cuius solum fide regnum mortis et peccati su-  
 peratur; Recte etenim per serpentes. peccata quae animā  
 simul et corpus ad interitum trahunt. exprimuntur.  
 non solum quia igniti quia uiuolenti. quia ad perimen-  
 dum sunt statuti. uerum etiā quia per serpentem pri-  
 mi parentes nri ad peccandum persuasi. ac de immorta-  
 libus sunt peccando mortales effecti; Recte per serpen-  
 tem aeneum dñs ostenditur. qui uenit in similitudi-  
 ne carnis peccati. Quia sicut aeneus serpens. effigiem qui-  
 dem ignitis serpentibus similem. sed nullum prorsus  
 in suis membris habuit ardorem ueneni nocentis.  
 qui potius percussos a serpentibus sua exaltatione  
 sanabat sic nimirum sic redemptor humani generis

non carnem peccati sed similitudinem induit carnis  
peccati inquam mortem crucis patiendo credentes in se  
ab omni peccato et ab ipsa etiam morte liberaret.  
Sicut ergo moyses exaltauit serpentem in deserto ita  
S inquit oportet exaltari filium hominis; Quia sicut  
illi qui exaltatum pro signo serpentem aeneum aspi-  
ciebant sanabantur ad tempus a temporaria mor-  
te et plaga quam serpens eorum morsus intulerat  
ita et qui mysterium dominicae passionis credendo  
confitendo sinceriter imitando aspiciunt saluantur  
in perpetuum. Ab omni morte quam peccando in ani-  
ma pariter et carne contraxerunt; Unde recte sub-  
iungitur. Ut omnis qui credit in ipsum non pere-  
at sed habeat uitam aeternam; Cuius quidem uerbi  
patet sensus. quia qui credit in ihm non solum perdi-  
tionem euadit poenarum sed et uitam percipit aet-  
nam; Et hoc inter figuram distat et ueritatem quia per  
illam uixta pro te labatur temporalis per hanc uita  
donatur sine fine mansura; Securandum sollerter  
est ut quod intellectus benesentit operatio condigna  
proficiat quatenus confessio recte fidei pia et so-  
brie conuersando ad perfectionem promissae nobis  
uite mereatur adtingere; Uerum quia haec de filio  
hominis dicuntur qui exaltari in cruce et in morte  
potuit pati ne putaret nichodimus filium tantum  
eum hominis esse. a quo uita esset expectanda perpe-  
tua cura uideat etiam diuinitatis suae patefacere sa-  
cramentum unumque et eundem et filium hominis  
mundi ostendere saluatorem; Nam sequitur;

Sic enim dilexit deus mundum. ut filium suum unige-  
 nitum daret. ut omnis qui credit in eum non pere-  
 reat. sed habeat vitam aeternam; unde notandum quod  
 eadem de filio dei unigenito replicat. quod de filio hominis  
 in cruce exaltato praemiseraat dicens; Ut omnis qui cre-  
 dit in eum non pereat. sed habet vitam aeternam; Quia p-  
 fecto idem redemptor et conditor noster filius dei ante sae-  
 cula existens. filius hominis factus est in fine sae-  
 culorum; ut qui per divinitatis suae potentiam nos cre-  
 averat ad perfructuendam vitae beatitudinem peren-  
 nis. ipse per fragilitatem humanitatis nostrae nos restau-  
 raret. ad recipiendam quem perdidimus vitam; Sequitur autem  
 Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet  
 mundum. sed ut salvetur mundus per ipsum; Ergo  
 quantum in medico est. sanare venit egrotum; Sed  
 interimit quippe recepta medici observare non vult;  
 Venit salvator ad mundum quare salvator dictum  
 est mundi. nisi ut salvet mundum non ut iudicet  
 mundum. salvari non vis ab ipso exte iudicaberis;  
 Et quid dicam iudicaberis videte quid ait qui credit in  
 eum non iudicabitur. Quia autem non credit quid dic-  
 turum sperabas nisi iudicaberis. iam inquit iudicatus  
 est. Nondum apparuit iudicium sed iam factum est  
 iudicium. Noverit enim dominus qui sunt eius; Noverit qui  
 permaneamt ad coronam. qui permaneamt ad flam-  
 mam; Noverit in area sua triticum suum. noverit et  
 paleam; Noverit et segetem. noverit zizania; Jam iu-  
 dicatus est qui non credit; Quare iudicatus. quia  
 non credit in nomine unigeniti filii dei. Hoc est autem

iudicium quia lux uenit in mundum, et dilexerunt homi-  
nes magis tenebras quam lucem. Erant enim mala ope-  
ra eorum; fratres mei quorum opera bona inueniuntur  
nullorum; Omnia enim mala opera inuenit; quo-  
modo ergo quidam fecerunt ueritatem et uenerunt  
ad lucem? hoc enim sequitur. Qui ueritatem facit ue-  
nit ad lucem, ut manifestentur opera  
eius; quia in deo sunt facta; Quomodo ergo quidam  
bonum opus fecerunt, ut uenirent ad lucem id est ad  
christum, et quomodo quidam dilexerunt tenebras, si omnes  
peccatores inuenit et omnes a peccato sanat, et serpens  
ille in quo figurata est mors domini eos sanat qui mor-  
si fuerant et propter morsum serpentis erectus est  
serpens id est mors domini propter mortales homines  
quos inuenit iniustos; quomodo intellegitur hoc  
iudicium quia lux uenit in mundum et dilexerunt  
homines magis tenebras quam lucem. Erant enim ma-  
la opera eorum; Quid est enim hoc? quorum enim erant  
bona, nonne uenisti ut iustifices impios? sed dilexerunt  
inquit tenebras magis quam lucem. Ibi posuit uim;  
Multi enim dilexerunt peccata sua, quia qui confitetur  
peccata sua et accusat peccata sua iam cum deo facit.  
Accusat deus peccata tua, si et tu accusas, coniungens  
deum; Quasi dueres sunt homo et peccator; Quod audi-  
tis homo deus fecit; Quod audis peccator, ipse homo  
fecit; Dele quod fecisti, ut deus saluet quod fecit; O-  
portet ut oderis in te opus tuum et tamen in te opus dei.  
Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, in deum  
cupiunt bona opera tua quia accusas mala opera tua.

Initium bonorum operum confessio est operum malorum,  
 facis ueritatem et uenis ad lucem. Quid est facis ueri-  
 tatem non te palpas non tibi blandiris non te adulas  
 non dicis iustus sum cum sis iniquus et incipis face-  
 re ueritatem. Uenis autem ad lucem ut manifesten-  
 tur opera tua quae in dno facta sunt; Quia et hoc ipsum  
 quod tibi displicuit peccatum tuum non tibi displice-  
 ret nisi dñs tibi luceret. Et uis ueritas tibi ostenderet;  
 Sed qui etiam ammonitus diligit peccata sua odit  
 ammonentem lucem et fugit eam ut non arguantur  
 opera eius mala quae diligit; Quia autem facit uerita-  
 tem accusat in se mala sua non sibi parcat non sibi ig-  
 noscit ut dñs ignoscat. Quia quod uult ut dñs ignoscat  
 ipse agnoscat et uenit ad lucem cui gratias agit. Quod  
 ille quid in se occidisse ostenderet dicit dño; Averte  
 faciem tuam a peccatis meis; Quia frontedicit nisi  
 iterum dicat qm facinus meum a ego agnosco et pecca-  
 tum meum contra me est semper; Sit autem te quod  
 non uis esset ante dñm. Si autem post feceris peccatum  
 retorquet tibi illud dñs ante speculos tuos et tunc retor-  
 quet quando iam paenitentiae fructus nullus erit.

VII Cur rite ne tenebrae uos comprehendant. Sequitur  
 autem Post haec uenit ihs et discipuli eius in iudaeam  
 terram et illic demorabatur cum eis et illic bap-  
 tizat; baptizatus baptizat non in eo baptismo bap-  
 tizat quod baptizatus est. Dax baptisma dñs bap-  
 tizatus a seruo ostendens humilitatis uiam et perducens  
 ad bap- tis ma dñi hoc est baptisma suum prae bendo hu-  
 militatis exemplum quia ipse non respuit baptisma serui;

et baptis mate serui uia praeparabatur dño; & bapti-  
zatus est dñs uiam se fecit uenientibus ipsum audiam;  
Ego sum uia et ueritas et uita, Si ueritatem quaeris  
uiam tene. Nam ipse est uia quae est ueritas; Audiam;  
iohannem, baptizabat ih̄s, diximus quia baptizatus ih̄s;  
modo ih̄s Quomodo dñs quomodo di filius quomodo uerbum  
sed uerbum caro factum est; Erat autem iohannes  
baptizans in aenon iuxta salim, locus quidem ex no-  
mine intellegitur quia aquae multe erant ibi; Ae-  
non iuxta salim. Locus est ubi baptizabat iohannes.  
Et ostenditur nunc usque locus in octauo lapide ser-  
to poleos ad meridiem iuxta salim et iordanem; Non  
dum enim missus fuerat iohannes in carcerem; qua-  
re baptizabat iohannes quia oportebat ut baptiza-  
retur dñs; Quare oportebat ut dñs baptizaretur  
ne aliquis magnalicer praeditus gratia uel potesta-  
te contemneret baptizari ipse dñs non contempsit  
baptismi sacramentum quamuis in illo non esset quid  
munda retur in baptismo quin ullum habuit pecca-  
tum quod dimitti teretur in baptis in lauacro; Bapti-  
zatus est dñs a seruo ne seruus dñi baptis mum contē-  
neret. Nondum enim missus fuerat in carcerem  
iohannes; Ideo hoc dixit euangelista ut intellegeren-  
tur haec miracula quae ante posuit primo anno doc-  
trinae dñi nr̄i ih̄u xp̄i quae incipiebat a baptis mo suo  
acta esse cuius agnigesta maxime alios intellexit  
euangelista tacere; Facta est autem quaestio ex dis-  
cipulis iohannis cum iudaeis de purificatione; Zelan-  
tes uero discipuli iohannis magis trum quia plures



baptismo ioh

Audiebant concurrere ad baptismum xpi et praefere iudaeos baptismum xpi. Itaque novus sime uenit ad ipsum ioh ut solueret questionem quam habuerunt discipuli illius cum iudaeis de discretionem inter baptismum xpi et baptismum ioh et dixerunt ei. Rabbi quare tecum trans iordanem. ecce hic baptizat. et omnes ueniunt ad eum. Quasi indignantes quod plures uenissent ad baptismum xpi dixerunt. Omnes ueniunt ad eum et te elidunt tunc duntaxat baptismum baptizatus est ille ad cuius baptismum omnes modo concurrunt. Respondit et dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi ei fuerit datum de caelo. Uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim. non sum ego xps; Sime te testimonio meo credatis. scitote me non esse xpm sed illum et illius baptismum esse in quo remissio est peccatorum. et sps scs datur non meum in quo tantum modo poenitentiae dabatur et fides in eum. de quo quoniam nunc habetis. Non potest homo aliquid accipere nisi fuerit illi datum de caelo. Ministerium accepi quod mihi datum fuit de caelo; Prae eos sum ille iudex. Ego seruus ille dñs; Ille sponsus ego amicus sponsi. Illi oportet crescere me autem minui. Ueniebam uiam illi parare non me exaltare. Ego uox clamantis ille uerbum patris. Qui post me uenit ante me factus est. Id est dignitate praefatus est mihi; Cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti eius soluere. id est natiuitatis illius quae ex uirgine natus uenit in mundum enarrare misterium; Audistis testimonium meum. credite testimonio meo.

Concurrere ad illum / in cuius baptismo est remissio  
peccatorum; Iste ioh̄ tante auctoritatis habeatur  
ut a populo x̄ps putaretur; Sed ille falsum respuit  
honorem / ut solidem potuisset habere ueritatem;  
Noluit deseri actare quod non fuit / ne sine eo esset quis  
per fuit. Qui habet sponsam / sponsus est. Ego non sum  
sponsus; Sed quid sum / amicus sponsi gaudens in  
uocē illius; Quis est sponsus / ille de quo dicitur rex  
omnis terrae d̄s. Et adorabunt eum omnes reges ter  
rae / omnes gentes seruent ei. Ille sponsus uerus  
sponsa uero sc̄a ecclesia ex omnibus congregata genti  
bus. De qua apostolus ait. Disponsa uiros uirgi  
nem castam exhibere x̄po. Uirgo est / et sponsum habet  
que cotidie generat / et uirgo perpetua permanet.  
Uirginitas haec integritas est mentis / caritatis perfec  
tio / unitas catholice fidei / pacis concordia castitas in  
corpore et anima / quia nihil ualet corporis castitas  
sine catholice fidei integritate; Cuius uirginis id est u  
niuersalis ecclesiae amicus sum praedicatores euan  
gelicae ueritatis. Et ideo dicit iste ioh̄; Amicus spon  
si qui stat et audit / et gaudio gaudet / propter uocē  
sponsi; Stat enim qui in fide recta permanet / et quod  
credit praedicat; Quare stat / quia non cedit;  
quare non cedit / quia humilis est; Iste praecursor  
d̄ni in solida petra stabat / dum ait. Non sum ego x̄ps  
non sum ego sponsus / sed amicus sponsi. Qui glori  
am illius quaerit qui in seipsum merita non cedit;  
Merito stat / merito audit uocem sponsi et gaudio  
gaudet propter uocem sponsi; Uox ego sponsi est.

Ite docet omnes gentes baptizantes eos in nomine pa-  
 tris et filii et sp̄s sc̄i, Confessus est ergo iohannes  
 sicut superius audistis quia non sum ego x̄ps. Quia  
 cum discipulos multos faceret ih̄s et perferretur  
 ad eum ueluti ut instigaretur / quasi in uido em̄ nar-  
 raerunt. Ecce ille facit plures discipulos quam tu /  
 ille confessus est quid esset et inde meruit ad eum pertinere  
 quia non est ausus dicere quod est ille. Hoc ergo di-  
 xit iohannes; Non potest homo accipere quicquam nisi  
 fuerit ~~dei~~ datum da caelo. Ergo x̄ps dat homo accipit.  
 Ipsi uos in huiusmodi numero perhibetis quod dixerim.  
 Ego non sum x̄ps sed quia mis̄sum ante illum. Qui ha-  
 bet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat  
 et audit eum et gaudio gaudet propter uocem sponsi.  
 Non sibi gaudium facit de se; Qui uult gaudere de se-  
 tris tris erit. Qui autem de deo uult gaudere semper  
 gaudebit quia deus sempiternus est; Uis habere gau-  
 dium sempiternum inhere illi qui sempiternus est.  
 Talem sed dixit ioh̄; propter uocem sponsi gaudet  
 amicus sponsi at non propter uocem suam et stat et au-  
 dit eum; Si ~~ergo~~ cecidit non audit eum; De illo enim  
 quondam quicquid dicitur est et in ueritate non si-  
 tetur; De diabolo dicitur est. ergo stare debet ami-  
 cus sponsi et audire. Quod est stare permanere in-  
 gratia eius quae accepit. Et audit uocem ad quem gau-  
 deat. Sic erat ioh̄. nouerat unde gaudebat; non si-  
 bi adrogabat quod ipse non erat. sciebat in lumi-  
 natum se non in luminatorem. Erat enim lumen  
 uerum. At euangelista quod in luminat omnem

hominem uementem in hunc mundum. Si ergo omnē  
et ipsum ioh̄ quia et ipse de hominibus erat; Sequitur  
' Et dicit iohannes; hoc ergo gaudium meum impletum  
' est; Quod est gaudium ipsius; ut gaudeat ad uocem  
sponsi; Multa enim ideo facti sunt insipientes quia  
dixerunt se esse sapientes quos arguit apostolus  
in epistola ad romanos dicens; Aesti mantes se esse  
sapientes stulti facti sunt ergo d̄ quod dat gratias  
agentibus; noluit esse hoc ioh̄ gratus esse uoluit. Con  
fessus est accepisse se et gaudere sedixit propter uocē  
sponsi et ait. Hoc ergo gaudiū meum impletum est.  
' Illū oportet crescere me autem minui; Quid est hoc  
illū oportet exaltari me autem humiliari. Mag  
num hoc sacramentum est; Antequā uenit et dñs  
ih̄s homines gloria bantur de se; Uenit ille homo  
ut minueretur hominis gloria et aueretur glo  
riam. Etenim uenit ille sine peccato et inuenit  
hominis cum peccato. Si sic uenit ille ut de mitteret  
peccata d̄ largiatur homo confiteatur; Etenim  
confessio hominis humilitas hominis; miseratio d̄  
altitudo. Si ergo uenit ille d̄ mitteret peccata  
agnoscat homo humilitatem suā et d̄ faciet mise  
' ricordia suam; Illū oportet crescere me autem  
' minui; hoc est illū oportet dare me autem acci  
pere. Illū oportet glorificari me autem confiteri  
Intellegat homo gradum suum et confiteatur d̄ et  
laudat apostolum dicentem homini super-bienti  
et elato et extollere se uolenti; Quid enim habes quod  
non accepisti si autem et accepisti quid gloriaris.

quasinon acceperis. Intellegat ergo homo quia acce-  
 pit qui uolebat suum dicere quod non est eius et mi-  
 nuatur. Bonum est illi enim ut deus in illo glorificetur  
 ipse in se minuatur ut in deo augeatur. Haec est ratio  
 hanc ueritatem etiam passionibus suis signifi-  
 cauerunt xps et iohannes. Nam iohannes capite minuatur  
 est ut tibi appareret. Quidem illum oportet cres-  
 cere me autem minui. hoc est illum oportet exalta-  
 ri me autem humiliari. Hoc enim significat et ipsa  
 creatura lucis. Nam xps natus est diebus crescenti-  
 bus. iohannes uero de crescentibus. ut ostenderetur quidem  
 xps hoc est lumen uerum et quidem iohannes hoc est  
 in luminatus ab eo. Crescamus nos in illo et per illum  
 ut ille crescat in nobis donec perueniamus ad perfec-  
 tum diem. Audiamus adhuc quid iohannes de xpo dixisset  
 uel quid de se ipso dicit enim. Quid esur sum uenit su-  
 per homines est. Et quid de terra est de terra loquitur.  
 Quid esur sum uenit super omnes est id est xps. Qui  
 autem est de terra terra est et de terra loquitur  
 id est iohannes. Quomodo ergo de terra loquitur om-  
 nis homo terrenus est et dum de terra loquitur de  
 terra loquitur. Qui uero in luminatus est ab eo  
 quod est lumen uerum de diuinis loquitur. Ergo seor-  
 sum est gratia di seorsum natura hominis. Carnalis  
 carnaliter aestimat carnaliter suspicatur. Dum ue-  
 nit gratia di in luminans hominem caelestia loqui-  
 tur. Sicut dictum est. Qui in luminas lucernam  
 meam dicit dicit in luminas tenebras meas. Hoc  
